Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ergo fratres debitores sumus non
carni ut secundum carnem viua
mus. Si enim secundum carnem viuen
tis morietis. Si autem spiritu facti
carnis mortificauerit uiuetis. Qui
cumque enim spiritu dei agunt. hi
filii dei sunt. Non enim accepistis spi
ritum seruitutis iterum in timore. sed
accepistis spiritum adoptionis fi
liorum ~~iste~~ dei. in quo clamamus
abba pater. Ipse enim spiritus testimo
nium reddit spiritui nostro q̃ sumus
filii dei. Si autem filii et heredes. here
des quidem dei coheredes autem christi.
Si tamen compatimur. ut simul et
glorificemur. Existimo enim quod non
sunt condignae passiones huius tem
poris ad futuram gloriam quae reue
labitur in nobis. Nam expectatio
creature reuelationem filiorum dei expectat.
Vanitati enim creatura subiecta est non
volens. sed propter eum qui subiecit
eam in spe. quia et ipsa creatura liberabitur
a seruitute corruptionis
in libertatem gloriae filiorum dei. Sa
mus enim quod omnis creatura in
gemiscit et parturit usque ad huc.
Non solum autem illa. sed et nos ipsi
primitias spiritus habentes. et ipsi in
tra nos gemimus. adoptionem fi
liorum dei expectantes redempti
onem corporis nostri. Spe enim
salui facti sumus. Spes autem que
videtur non est spes. Nam quod uid
quis quid speret. Si autem quod
non uidemus speramus per patientia
am expectamus. Similiter autem
et spiritus adiuuat infirmitatem
nostram. Nam quid oremus sicut
oportet nescimus. sed ipse spiritus
postulat pro nobis gemitibus in
enarrabilibus. Qui autem scrutat
corda scit quod desideret spiritus
quia secundum deum pro sanctis
postulat. Scimus autem quoniam
diligentibus deum omnia coope
rantur in bonum his qui secundum
propositum uocati sunt sancti. Nam
quos praesciuit. et praedestinauit
conformes fieri imaginis filii sui
ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus. Quos autem praedestinauit
hos et uocauit. et quos uocauit hos
et iustificauit. Quos autem iusti
ficauit illos et magnificauit. Qd
ergo dicemus ad haec. Si deus pro
nobis quis contra nos. Qui etiam
proprio filio suo non pepercit sed pro
nobis omnibus tradidit illum. Quo
modo non etiam cum illo donauit
omnia nobis. Quis accusabit
aduersus electos dei. Deus qui
iustificat. Quis est qui condemp
net. Christus iesus qui mortuus est
immo qui et resurrexit. qui est
ad dexteram dei. qui etiam inter
pellat pro nobis. Quis ergo nos
separabit a caritate christi. Tribula
tio. an angustia. an fames. an nu
ditas. an periculum. an
gladius. Sicut scriptum est. Quo
niam propter te mortificamur tota
die. estimati sumus sicut oues oc
cisionis. Sed in his omnibus super
amus propter eum qui dilexit
nos. Certus sum enim quod nec